

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Paulus Brunonius

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Vicesima. Continens praecipuos Romanae
Synagogae errores refutatos, quos ea foveat in locis De Votis Monachatu Et
leiuniis**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756812577>

Druck Freier  Zugang



P. Hinckelmann.
R. N. theol. 1607. 8.

contenuta	
① Joh. Luselius, De loco pno et res	1607
② Joach. Henningius, De communicatione majestatis	1607
③ Joach. Fischerus, De peccato originali	1607
④ Heid. Kirchovius, De arbitrio boniorum	1607
⑤ Joh. Redekerius, De discriminatione legis ev.	1607
⑥ Henr. Tectorius, De justificatione	1607
⑦ Joach. Jordanius, De bonis operibus	1607
⑧ Iosu. Intelius, De sacramentis	1608
⑨ Joach. Henningius, De sacramento coenae	1608
⑩ Heid. Kirchovius, De sacr. confirmationis	1608
⑪ Joh. ab Huda, De traditionibus	1608
Paul Brinus, De votis monachis	1608
Nic. Fridericus, De adiaphoris	1608
Henr. Hamerius, De oratione	1608
Petri. Loft, De indulgentiis	1608
Joh. Albinus, De morte	1608

A. (n.)

DE PAPISMO
DISPUTATIO ANASCEVASTICA
VICESIMA.

*Continens præcipuos Romanæ Synagoga erro-
res refutatos, quos ea fovet in locis*

De

VOTIS
MONACHATU ET
JEJUNIIS.

*Reverenda facultatis Theologicae in Academia
Rostochiensi consensu:*

Moderatore & Doctore S. S. Spiritu:
Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI
Verbi Divini ministri:

ad privatam ouȝt̄m̄ propoſita,

PAULO BRUNONE
Holsato.

20. Cal. April. hora 6. matut.

*ROSTOCHII,
Litteris Reulnerianis An. 1608.*



DISPV TATIO XX.
DE VOTIS MONACHA-
TU ET IEUNIIS.

αγλεγομηνα.

I.

Magna semper Romani Pontificis ad Antichristicum suum in ecclesia dominatum amplificandum, instruendum & stabiliendum fuit cura & proclivitas, ita ut nihil tam enormiter & notoriè superstitionis sit, cuius defensionem & patrocinium ipse suscipere ac profiteri non ausit, idq; ut aliqua specie necessitatis, cum ex fundamento veritatis non possit, faciat, in primis omnes ingenij sui nervos, omne studium ac labore in votis urgendis intendit.

II. Videt enim posito & concessò hoc quasi fundamento, nimurum vota esse facienda, sponte ac sine omni negotio inde sequi regni sui amplificationem, impleri tabernas monachorum, ac stabiliri omnis generis superstitionis traditiones, quas cum recenti suâ creaturâ Iesuiticâ somniat.

III. Quanto vero Papa Romanus, cum sua rasa cohorte conatu & molimine, vi & fraude, regnum suum ex hoc fundamento propagare, stabilire & defendere conatur: tanto majori studio ei resistendum nobis est, ut si non prorsus eo sublato, saltem conquassato & validissime concusso, tota regni structura, nulla sui parte incolumis, nutrita ruinamq; minitans, tandem praecipsum cum interitu multorum collisa concidat.

IV. Hanc igitur de Votis doctrinam, cui & vicinam de Monachatu & Jeuniis conjungemus, ne quis nos solummodo ridere existimat.

A 2

met ve-

met, verum etiam evidenteris scripturæ testimonijs refutare posse videat, opera precium erit, ut omissa longiori præfatione, quantum quidem instituti nostri ratio patitur, ex certis & immotis scripturæ fundamentis, non philosophorum Patrum vè placitis, sermonem nostrum formemus atq; stabilamus; quot ut eò melius fiat, collegij nostri vestigijs insitentes, hujus disputationis universam materiam, de qua dñs Βασιλεὺς acturi sumus, tribus his capitibus comprehendemus.

I. De Votis.

II. De Monachatu sive Monasterijs.

III. De Fejunijs.

CAPUT PRIMUM.

De Votis.

Primus Error.

Vota sunt reddenda: hoc enim scriptura docet, natura dictitat, & honestas imperat.

REFUTATIO.

I. Et si hic error prima fronte nihil incommodi continere, & dexterè explicatus tolerari posse videatur, tamen quia artificiose & sophisticae glossulae magnâ semper industria ab adversarijs nostris Pontificijs excogitatae sint, quibus opinionem suam in hoc errore latentem stabilire conantur, facile, votorum distinctione præmissa, ad eam responderi potes.

II. Duplex enim Votum esse & Sacrae literæ & historiarum monumenta testantur: Deuisèv καὶ ἀδείου: quorum illud in Commune & Singulare dividetur. Commune nominatur à D. Lutherò Morale & Primi præcepiti proprium, quod omnes & singuli salvari cupientes servare tenentur, & ut in Baptismo inchoatur, ita in confessione & Cœnæ sumptione confirmatur. Singulare vero alias speciale, personale ac privatum dicitur, quod pro arbitrio suscipi potest, & has quatuor habet conditiones, quarum prima est: Ut persona vota faciens sit sui juris ac compos mentis; quæ prima conditio ut exclusa.

excludit vota coacta & inconsiderata, ita includit & requirit mentis intentionem & rationis deliberationem.

III. Secunda conditio, Cui votendum sit monet, nempe soli Deo (a).

Nam cum hac parte vota cum iuramentis coincident, quam proxime quoq; ad preces accedunt, atq; propterea non nisi Deo, qui solus à nobis invocandus est, faciendum esse vota sequitur.

IV. Tertia, quid propriè votendum sit, considerandum proponit quod cùm ratione materiae sit varium, non aliunde nisi ex verbo Dei quid votendum sit, sciri potest. Illud enim quid à nobis Deus flagaret, & quid debeat eum monstrat, omnesq; ibelobognosias damnat, quod itaq; secundum illud sit, pro voto licito & Deo accepto haberi potest.

V. Quarta deniq; finem concernit: quando enim vota, ut his gratitudinem nostram testemur pro acceptis à Deo beneficijs, ad Dei gloriam & utilitatem proximi sunt directa, legitima esse dicuntur. Ex his definitio voti rectissime colligi potest; quod sit promissio animi ardenter orantis, Deo facta sponte, de rebus licitis & pio fine.

VI. Ab eiusorū verò est, quod cum his conditionibus legitimi voti pugnat; quod à personis non sui juris sit, non Deo sed sanctis defunctis, & de rebus illicitis & impossibilibus, sine malo suscipitur.

VII. His ita præmissis ad errorem facilis est responsio. Illa nimirum vota quæ quatuor hæc conditiones p̄i & legitimi voti habent (b), omnino esse servanda, quæ vero ijs vel una atq; altera eorum carent, esse illegitima, impia & mala, & proinde non servanda sed rescindenda.

VIII. Quorum in numero sunt; 1. quæ in Papatu vel vi vel frau de imponuntur pueris & puellis, in quibus ante usum rationis rectum, nondum libera voluntatis est electio. 2. quæ inconsiderate & temere votantur, quale fuit votum Jephtha, Iudic. ii. 31. Davidis, 1. Sam. 25. 22. & Herodis, Matth. 14. 6.

IX. 3. Quæ sunt non Deo sed Mariae virginis, alijsq; sanctis defunctis, ut illi tanquam opitulatores in necessitatibus subveniant,

a) Num. 30.
v. 3.
Deut. 23, 21.
Psal. 76, 12.
It. 116, 14.

b) Gen. 28.
v. 20.
Ione 1, 16.
& 2, 10.
Num. 6, 12.
& seq.
Act. 18, 18.
1. Cor. 9, 20.

c) 2. Reg. 17,
31, c. 23, 18.
1. Sam. 31, 9.
Ef. 65, 11.
a. Maccab.
4, 19.
Levit. 18, 20.
cap. 20, 2.
d) Iud. 17, 3.

*qualia vota in Papatu sunt usitatisima: vel quæ nuncupata fuerunt
Idolis, statuis, Moloch, Diabolo ipso, qualia olim erant Israelitarum
& Ethnicorum (c).*

X. 4. Quæ sunt illicita, impia & impossibilia, quale fuit matris
Michæ, 1100 argenteos Idolo votentis (d): & Iudaorum, qui devo-
tione deo voverunt se nihil gustaturos, danec occiderint Papulum, Act.
23, 14. Cujusmodi sunt vota castitatis, ritæ monastice, jejunio-
rum, peregrinationum, & id genus sexcenta alia, quibus abundat
Papatus.

XI. 5. Omnia vota quæ superstitiosa, quæ honori Dei, merita
Christi derogant, cum æquitate, honestate ac præceptis Dei pugnant,
quæ Pontificij & quipollere imò præbare voto, quo in Baptismo omnes
obstringimur, & in se continere summum gradum perfectionis Chri-
stiane, imò vitam æternam demereri, blasphemo & impio ore afferere
hanc erubescunt.

e) dist. 23.
qvest. 4.
f) lib. 3. dist.
39.
g) 1. Reg. 25
22. & 23.

*XII. De hisce coactis, temerarijs Idololatricis, impijs, impossibili-
bus, superstitiosis & meritorijs votis, tenendum est dictum Isidori
(e) quod in jure etiam Canonico & à M. sententiarum (f) cita-
tur. In malis promissis rescinde fidem: In turpi voto mura de-
cretum: Quod in caute vovisti ne facias: Impia est promissio quæ
scelere adimpleatur. Idq; ad exemplum Davidis, qui votum in con-
siderate, ex iracundia factum statim rescidit, (g) de quo Augustinus: ju-
ravit temere, sed non impletivit jurationem majori pietate.*

Secundus Error.

Vota, (ut sunt cælibatus, Paupertas & obedientia)
sunt opera superrogationis: vota sunt consilij non præ-
cepti.

REFUTATIO.

I. Duo hujus erroris membra sunt. 1. quasdam in specie vota re-
censet. 2. Ex ipsis opera superrogationis & consilia facit. Sed detectâ
prioris falsitates alterum operosâ refutatione non indiget.

II. Quod itaq; ad primum; si secundum conditiones in refutatione
primi

primi erroris positas; *Calibus*, *Paupertas*, *Obedientia*, tum alia quoqu superflitiosa vota, quorum incredibili studio Papatus totus astutus, examinetur, non tantum nullius momenti & nugatoria, verum etiam manifeste impia deprehendentur.

III. Votum enim Castitatis sive monasticum. i. non à persona fit sui juris; sed plerumque à pueris & puellis; quae vel parentibus eripiuntur, & voto coacto & non intellecto abstringuntur, vel ab ipsis parentibus propter curam virtus & sustentationem in monasteria detrunduntur, vel allecti & persuasi illecebris puerilibus irretiuntur, ut propter gulam & ventrem inconsiderati voceant, quod deinde verum semel factum, ad maturitatem judicij pervenientibus, & tanquam temerarium animadvertentibus, revocare haud licet.

IV. 2. Non tam sit Deo, quam sanctis defunctis, quorum assument nomina, unde tot ordines, (Augustiniani, Dominicani, Franciscani, Carthusiani, Caputiani, Benedictini, Bernhardini, Iohannite, Iacobitæ, Iesuitæ seu Lojolitæ, &c.) multis modis à se discrepantes, & peculiaribus vita regulis tam longè à se distincti, ut singulise alijs præferant superioresque, arbitrentur, unde contemptus & Latinianum odium, quo se mutuo persequuntur; atque sic facto ipso se non uni Deo, sed singulos suis Patronis, quos sibi elegerunt, vorisse offendunt.

V. 3. Est impossibile & contra Verbum Dei. Christus enim inquit, non omnes capere verbum illud, sed quibus datum est: non qui volunt, ut Pontificij volunt. Et Paulus Castitatem nominat donum Dei, & non relle se eam illis præcipere addit, ne laqueum ijs injiciat. Quâ itaque conscientiâ, quod Christus sine discrimine cuilibet possibile negat, & Paulus nisi desuper datum fuerit, laqueum vocat, imperare & præcipere audent?

VI. 4. Non suscipitur in gloriam Dei, nec utilitatem proximi: illud quia inter iherusalem hominum refertur, quibus frustra colitur Deus: Esa. 29, 13.
hoc, quia à societate hominum excludit, sibi soli vivere, cuticulamque tantum suam curare præcipit. Matt. 15, 9.

VII. Votum deinde Paupertatis refutatur, i. Universâ V. & N.
T. do-

T. doctrinā, quæ paupertatem à Deo immisam patienter quidem ferendam, nusquam verò rovendam docet, inā contrā sudore vulcus & & labore manuum victimum querendum, & necessaria ad suorum sustentationem & inopum sublevationem, comparanda, seriò incul-

a) Gen. 3, 17. cat. (a)

Pf. 128, 2. VII. 2. Exemplis Patriarcharum & sanctorum in Veteri Testamento, qui divicijs abundarunt, & tamen se illis non abdicant (b). Christi in Nono Testamento, qui pecuniam ab hominibus 2. Thess. 3, sibi & Apostolis collatam, loculis asservare voluit, quā deinde Apo- 10, 12.

b) Gen. 13, 2. stoli emebant necessaria (c). Et aliorum (d).

5. c. 26, 13. IX. 3. Propriā contradictione. Monachi enim paupertatem c. 30, 30. c. roventes, in summa rerum omnium affluentia vivunt, ita ut eorum 36, 6. 7. c. inopia sit copia, pauperes sint sine defectu, humiles sine despectu.

Iob. 1, 3. X. Deniq; votum obedientiae cum SS. Scripturā, libertate christiana

c) Ioh. 4, 8. nā, & ratione ipsā pugnat; quā mandat ne servituis jugo Christia- c. 13, 29.

d) Matt. 18, ni implicentur, neq; fiant servi hominum, quia λύτρω sanguinis Chri- 23. c. 27, 57. sti in libertatem sint asserti, in quā eos persistere vult (e). Tum hoc

e) Ioh. 8, 36. Gal. 4, 13. c. voto se Abbatum & Praepositorum mancipia facientes, in summa sa- 5. 1. 13. pè vivunt licentiā.

1. Cor. 6, 20. XI. Ad secundum Erroris membrum responsio ex præmissis peti- c. 7, 23.

faciliè potest. Si enim vota illa in omnes legitimi voti conditio- f) Esa. 64, 6. nes, ut demonstratum impingunt; Deo placere minimè possunt, tantum Exod. 34, 7. abest, ut supererogare aliquid valeant. Quin & Scriptura opera Lur. 17, 10. Syr. 18, 6. supererogationis in tantum ignorat, ut etiam operibus justorum, lau- Phil. 3, 8. dem perfectionis & gloriationis deroget (f). Unde talem auctoritatem g) Iob. 25, 3. astruimus: Quicunq; minus præstat quam debet, ille nihil potest su- Ps. 14, 3. It. 53, 4. Item pererogare: at qui omnes homines adeo q; sanctissimi quiq; etiam minus 130, 3, Item præstant quam debent, ut ex allegatis & alijs quamplurimis (g) di- 143, 2.

Ioh. 15, v. 5. Etis constat. Ruit itaq; Pontificiorum de operibus supererogationis Rom. 3, 11. figmentum.

c. 7, 18. XII. Consiliorum quoq; figmentum, tum ijs quas supra enumera-

2. Cor. 3, 5. vimus conditionibus, tum viua illorum praxi refutari potest. Facta enim

enim ipso non consilij illa vota esse permittuntur, sed ex mandato & per conditionem imperiorum, ex susceptra, irrevocabilia pro imperio statuantur.

Tertius Error.

Quæ cum voto sunt magis sunt meritoria, quam quæ sine voto. Vota sunt perfectio Evangelica, satisfactio-nes pro peccato, & meritoria vita æternæ.

REFUTATIO.

I. In hoc errore lerna Pontificiarum inest abominationum, quas enumerare ferè difficilius est, quam refutare. Non enim in unum aliquem articulum fidei impingit; sed merito Christi sufficientissimo derogat, discrimen Legis & Evangelij tollit, cum totâ doctrinâ le-gis, cum articulo de justificatione gratuita hominis peccatoris coram Deo, cum universa doctrina de bonis operibus, de libero arbitrio ho-minis, &c. dicitur pugnat. Quorum omnium refutationem suscipere si vellemus, opus Iliade majus pertexendum nobis esset. Sed ad singula erroris membra tantum breviter.

II. 1. Distinguunt inter ea quæ cum voto & sine voto sunt, illaq; magis faciunt meritoria. Sed quam sit hæc distinctio frivola, & meri-tum effectum nullum, vel inde patet. Quia enim cum voto suscipiuntur, vel sunt in verbo Dei præcepta, atq; sic propter mandatum Dei ex officio, omnes Christiani tenentur ea præstare, & cum fecerint o-mnia, qua præcepta sunt, dicendum tamen illis est: Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus ^(a). Cum itaq; non sint arbitra-ria, ut ex libertate Christiana vel fieri vel non fieri possint, sed sub conditionem necessitatis cadant, nihil quoq; ea mereri poterunt.

III. Velsunt, ea quæ videntur, non præcepta in verbo Dei, qua ratione ab omni cultu longissime discernuntur. Omnes enim εβελο-θρηνιας καὶ ἡταπάτη τὸ ἀρχέπτων scripture tanquam inutilia & frustra suscepta rejicit & damnat. ^(b)

IV. 2. Votis tribuunt perfectionem Evangelicam: sed hæc non no-stris operibus ex voto susceptis ascribenda, verum merito Christi nobis

<sup>a) Luc. 17.
v. 10.</sup>

<sup>b) Esa. 29,13.
Matt. 15,9.</sup>

B

parta

parta est propter quo d' fide apprehensum imputatur nobis ejus justitia, perfecti reputamur, ita ut nihil hinc votis, nihil operibus quantumvis religiosis & perfectis relinquatur, quemadmodum hac de re in aliquot superioribus disp. actum.

V. 3. Satisfieri posse votis pro peccatis blasphemia ore afferere non verentur; id veroanne est Christi sanguinem, qui solus nos emundat.

- a) Joh. 1, 3. ab omnibus (a) peccatis, pedibus (b), concubare, & sufficientissimum
b) Ebr. 10. v. 29. λύτρον Christi, quod passione & morte sua peperit, enervare? cui vel
c) Esa. 64, 6. tantillum addere humanorum meritorum, est pulcherrimo vestimento
d) Phil. 3, 8. laceras & maculatas panni menstruatae (c) particulas assuere, aut
e) Rom. 6. οὐβάλεις maculare. (d)

Eph. 2, 5, 8. IV. 4. Deniq; ulterius progressi Pontificij in suā blasphemiam, vota vita

f) ibidem. aeternae meritoria faciunt. Sed quid tandem relinquitur gratia Dei?

2. Tim. 1, 10. cajus ea donum esse dicitur (e): quid Christo? per quem ea reparata

i. Joh. 4, 9. c. 5, 11. & restituta (f): quid fidei? per quam ea applicatur, & cajus finis est (g):

g) Joh. 3, 16. quid hereditati? quā occupatur & possidetur (h). Videant itaq; Pon-

i. Pet. 1, 9. tificij ne suis votis regnum cælorum abdicantes, se aeternis devoceant

h) Matt. 25. cruciatibus,

v. 35.

Rom. 6, 17.

Quartus Error.

In necessitatibus vota facere & peregrinationes suscipere in terram sanctam, ad Dominicum sepulchrum, vel ad ea loca, ubi existimantur sanctorum reliquiae esse, vel quæ sanctorum memorijs dicata sunt, non tantum per se pium & sanctum est, verum etiam plenariam indulgentiam, remissionem culpæ & poenæ, gratiam & auxilium Dei meretur.

REFUTATIO.

I. Vix laboriosa & damosa istæ peregrinationes, quæ ex falsa & supersticiose, hic vel illic Christum cum suis beneficijs querendi & inveniendi, persuasione ortæ sunt, refutationem merentur, sed eas enimerasse sit satis superq; refutasse.

II. Non enim tantum nullum, vel mandatum vel exemplum in

facris

sacris literis habent, utrum etiam eas quasi digito monstratas fugere
serio præmonuit Christus, inquiens: Si dixerint vobis; (a) Ecce in de- a) Matt. 24.
serto es, nolite credere. Et scriptura alias sèpius omnem laci diffe- v. 25.
rentiam superstitionem tollit. (b)

III. Tum quoq; non unum ex probatis historijs exemplum, in pri-
mitiva Apostolica Ecclesia, usq; ad annos à nato Christo ducentos, &
ultra, hujusmodi ad loca & reliquias sanctorum peregrinationes in
usu fuisse, producere possunt; quin potius semper huic imposturæ con-
tradicentes existierunt, quemadmodum de Bernardo legimus, quod Bernh. E.
Monacho cuidam peregrinationem Herosalymitanam dissuaserit. p. 319.

Tum & plures alij publicis scriptis hanc vanitatem reprehenderunt
& refutarunt.

IV. Huc accedit quod nulla alia merita has peregrinationes co-
mitentur, quam officij vocacionis impedimentum, & economicæ admi-
nistrationis neglectus, rei familiaris damnum, pecunia multo labore &
sudore comparata inutilis consumptio. Scilicet haec sunt indulgentia,
quibus peregrinantes sarcinâ pecunia levantur.

V. Alias rectissimè & verissimè in eos quadrat dictum illud Chri-
sti (a). Frustrà colunt me docentes doctrinas, mandata hominum, quod
cum ex præcedentibus adeò verum, ut luce ipsa meridiana clarius
sit, fructum quoq; suæ doctrinae ac præceptorum consequentur, quam
eradicationem fore (b) dicit Christus.

a) Matt. 15.
v. 9.

b) Matt. 15.
v. 13.

CAPUT SECUNDUM. De Monachatu & Monasterijs.

Primus Error.

Monasteria non fuerunt olim scholæ in quibus The-
ologia & aliæ bonæ artes traditæ & prælectæ sunt.

REFUTATIO.

I. Monasteria ab initio fuisse scholas humaniorum disciplinarum &
sacrarum literarum, ac seminaria ecclesiastici potissimum ordinis, in
quibus pij homines se ad ecclesiæ gubernationem & ad majora pera-
genda, toleranda ac suscipienda præparantes, inde tanquam ex equo

B. 2

Troiano

Troiano ad omne vitæ genus prodierint, contra omnes Pontificios re-
stantur, Gregorius Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Hieronymus, & alij.

Tom. I. c. II.
Epist. 18.
II. Tempore enim Augustini, his qui pietatis zelo ad collegia, ad perdiscendas artes sese conferebant, liberrimum fuisse, deserto eo vitæ genere ad quodvis aliud sese conforre, ex vita ipsius à Possidonio de-
scripta, colligi potest: Et ipse Augustinus ostendit suo quo tempore usitatum fuisse ex Monasterijs desumere clericos, qui ministrarent ecclesiæ & reipublicæ præficerentur.

III. Et Augustana confessio docet, fuisse olim in monasterijs longè aliud vivendi institutum, quam hodie Claustralium vita, qua ramen omnibus reliquis vitæ generibus sanctimoniam & perfectionis laude longè præfertur, nobis exhibet, dum collegia & monasteria vororum vinculis astringens, in meros ea carceres redigit.

IV. Quocirca falsissimum esse, & contra omnem antiquitatis asser-
tionem, Pontificiorum de origine & auctore, quem Marcum esse vo-
lunt, deq[ue] forma veteri monasteriorum, figurae, non quemadmodum illi ex conjecturis, sed certissimis scriptoribus pronunciamus.

Secundus Error.

Thom. I. 4.
dist. 4. art. 3.
Ingressus religionis est veluti novum baptisma, quod etiam licet toties renovare, quoties ab integro positum religionis renovatur.

REFUTATIO.

I. Ita prorsus in hoc errore Pontificij sunt mutabiles ac dubij, ut in proprium, quod dicitur, ac domesticum thesaurum calumnientur. Quod namq[ue] Iohannes à Daventria & Hoffmeisterus in Harmonia Aug. Conf. ^(a) afferunt, id Bellarminus ^(b) nullum Catholicum ita do-
^{a) f. 529.}
^{b) Tom. 2. f. 163.}cuisse, pernegare audet: at hæc quo sunt manifestiora ac magis nota-
ria, eò cum in his tum in alijs erroribus fallacia & contradicendi stu-
dium magis elucet ac conspici potest.

II. Tale enim vitæ genus, quale hodiè in Papatu cernitur, quid queso est, nisi inter scorta & adulteria commendare virginitatem: in ipsa

in ipsa rerum affluentia paupertatem ac inopiam simulare; religiosis praetextu lotium ac luxum sectari, Curios se simulare, & interim Martinalia & Bacchanalia continua celebrare, ut praxis monasteriorum viva satis superè testatur. Vnde Poeta ille rectè de ijs scripsit:

O monachi, ventres pigri estis, amphora Bacchi,

Vos estis, Deus est testis, turpisima pestis.

III. Deinde rovent obedientiam sui ordinis sine scriptura, & subtrahunt se ab obedientia parentum, magistratum, adeoq; ipsius Christi, contra scripturam. Ex cogitatæ enim sunt regulæ, inventæ sunt fraternitates, observantia atq; ordinum infinitorum inventiones sunt introductæ, quibus in immensum excrevit supersticio & religionis prioris adulteratio, ut & Sacramentis, à Christo sacrorum Rege institutis, opera sua stercorearia, ut sunt rasum & cucullatum stare, sedere, ambulare, edere, biberé &c. & quiparare ausin.

IV. Sed quanta cum impietate ac temeritate, vel ex unius Hoffmeisteri confessione, in hac verba scribentis, colligitur (c): Ut candom rem nostrum ipsi adversarij videant, ingenuè fatemur, monachos merces suas plus satis laudasse, multos incertos in nassam illexisse, superstitionibus & hypocrisi operam dedisse, à prima ipsorum institutione plurimum declinasse, votum paupertatis, castitatis, obedientiae, vix nominetenus retinuisse. Quibus dum Bellarminus contradicit, quis non videt illos ludere & illudere mundum, ac Deum ad meritas penas provocare, quas de illorum pertinacia ac levitate, suo tempore sumet.

c) Harm. A.
C. fol. 529.

V. Damnat ergò ipsos propriæ ac quotidiana ipsorum vita, multis varijs superstitionibus, impietate ac erroribus abominandis referta, ad quam liberos suos detrudere, Idolo Moloch in valle Hinnon sacrificare, verosimilius esse dixerim; quam ejusmodi statui, qui Baptismo comparari possit, eos dicare.

Reg. 23, 10

Tertius Error.

Per ingressum religionis, id est professionem, proba-

B 3

biliter

biliter dicitur haberi omnium peccatorum remissio, quoad culpam & poenam. Per sepulturam in cuculla monachi, consequitur quis tertiam partem remissionis peccatorum.

REFUTATIO.

I. Ex hisce & alijs innumeris suæ monasticæ vitæ encomijs, Pontificios verecundia & veritatis fines planè transgressos, totos in sui admirationem & gloriationem abripi patet: quibus olim rotum terrarum orbem repleverunt, omnesq; homines dementarunt, ita ut non eaneum rudis plebecula has nugas & imposturas avidissime, attonitâ persuasione amplexa sit, verum etiam summi Principes, Comites, Docti alijq; præstantes viri, hisce præstigijs fascinati, in cucullis Monachorum sepeliri voluerint, ut historiæ de Friderico Principe Mantuano, Longolio, Rudolpho Agricola & alijs restantur.

II. Sed hæc vanitas & profligata impietas, quo magis luce Evangelij detecta pater, eo minus in eâ refutâda nos laborare necessum erit. Saltem loco conclusionis, immodieis monachatus laudibus, contraria hæc vituperia, ex fundamentis demonstrationum apodicticis desumpta, opponamus.

III. Quia præsens monasticum vitæ genus non tantum in verbo Dei non est sancitum & fundatum, verum etiam severissimè prohibiti-

a) Sophn. 1. v. 4. 8.
tum & damnatum^(a): tum & primitivæ Ecclesiæ temporibus Apo-

Matth. 24. stolorum vicinæ, annis 260. prorsus ignotum fuit: Irrefragabiliter

v. 25. 26. concluditur, illud esse merum & superstitiosum hominum inventum,

2. Thess. 2. 4.
1. Tim. 4. v. 1. 2. 3. & propreterea coram Deo abominationem horrendam, que alia peccata

omnia transcendat, maculas & stigmata conscientijs inurat, verum ac divinitus mandatum ordinem & cultum impedit, ac tandem in barathrum eternæ damnationis præcipitet.

CAPUT TERTIUM.

Primus Error.

Lutherani prohibit jejunium, & semper jejunare volentes, nunquam tamen jejunant. Pontificium vero
Jejunium

Jejunium à majoribus acceptum & devotè observatum,
verum est jejunium & cultus Deo gratissimum.

R.E.FUTATIO.

I. Calumnia est Pontificiorum, quando nostros jejunium prohibere dicunt. Esi enim commenitum discrimen & superstitionem ciborum prohibitionem, in papatu usitatam reijciamus & damnemus, ne quaquam tamen jejunia legitima in SS. Scripturâ præcepta, & à Christianis semper recepta improbamus, sed utraq manu acceptamus, atq docemus cum scriptura; sedulò cavendum esse, ne corda graventur crapulâ & ebrietate (a), verum abstinentia cibi & potus, sine tamen superstitione, præparentur ad munia pietatis & vocationis obeunda. Sed cum res ipsa & praxis Ecclesie nostræ loquatur, verbis multis hanc criminationem à nobis depellere haud laborabimus.

a) Luc. 21.
v. 34.

II. Quin potius in eos ipsos, quod falso de nobis effutiunt, competit; quod jejunare non tantum volentes, sed quod magis est vorentes, nunquam tamen jejunent; gulosa enim illorum à carnibus est abstinentia, dum interim lauriſſimos & pretiosissimos pisces in cibum sibi apponi curant, herbas ita conduint ut nihil possit esse suavius, alijsq cupedijs palatui arridentibus ita se infarciunt, ut carnes, et si licet, cœnare tamen non libeat. Num vero est jejunium, distentis aqualculis jejunare?

III. Sed suum nihilominus jejunium à majoribus acceptum, devotè observari gloriantur: quomodo itaq cum veteri consuetudine jejunandi conveniat, dispiciendum.

a) 1. Sam. 7.
v. 7.

IV. 1. Veteres jejunia indicentes, ab omni victu abstinebant (a).
2. non uni certo tempore vel anni versarijs diebus alligabant, sed quo-
cunq tempore, quoties necessitas id postulare videbatur jejunia cele-
brabant (b). 3. veteres non habuerunt certorum ciborum delectum, sed
in genere quicquid carni gratum, inhibebant. 4. veterum deniq jeju-
nia non ad peccatorum expiationem, sed ad humilitatis testificatio-
nem, & precum præparationem (c), suscipiebantur. Quam belle vero
Pontificiorum jejunij, cum illis veteribus conveniat, ex praxi Roma-
na con-

2. Sam. 3, 35.
Ioc. 2, 12.

Ezra. 8, 23.
Nchem. 9, 1,

b) Iud. 20.
26.

2. Sam. 1, 11.
c. 12. 16.

Esth. 4, 3.

16.
c) Judith. 4.
8.

Dan. 9. 3. nā constat. Non itaq; verum Pontificiorum est jejunium. Sed potius
Act. 13. 3. crapula & færent ac molesta digestio.
c. 14. 23.

Interim.
Sotus in
Cath. assert.

Secundus Error.

Iejunium quadragesimale, omnium patrum consensu ab Apostolis traditum est. Feria Sexta, die Sabbathi, & alijs jejuniorum diebus abstinentia est ab esu carnium; ab butyro, ab ovis, &c. hæc abstinentia est opus necessarium, per quod datur Spiritus S. expiantur peccata, & meretur vita æterna.

REFUTATIO.

a] Exod.
24. 18.
1. Reg. 19. 8.
Matth. 4. 2.

I. Iejunium Mosis, Eliæ, Christi, quod in SS. scriptura nobis describitur [a]. Pontificij rāngūnā quadam, non tantum nomine, suum inde quadragesimale vocantes, sed & re ipsa imitari conantur. Sed fallunt & falluntur. 1. Quis non debent imitari, cum non sit mandatum neq; à Christo neq; ab Apostolis. 2. Non possunt etiam, quia est supernaturale, Divinū & miraculosum, à Deo singulari consilio impositū, qua ratione non magis ad imitationē perrinet quā reliqua illorū miracula.

II. 3. Nec faciunt, cùm hisce nil simile quicquam, quadragesimale jejunium habeat. Christus enim nihil gustat & in deserto cum feris degit: illi vero ab esu carnium tantum abstinentes, interim alijs cibis & confectionibus exquisitoribus, quam ullus Apitus excogitavit unquam, palatum suaviter afficiunt & genio indulgent. Nihil itaq; Pontificij in suo jejunio, præter numerum dierum retinent.

b] Matth.
15. 21.
Rom. 14.
2. 17.
Coloss. 2. 21.
c] 1. Tim. 4.
2. 3.

III. Secundum Erroris membrum habet distinctionem dierum & ciborum, quæ dīgēndū cum SS. Script. pugnat, quæ non tantum omne discrimen dierum & ciborum tollit [b], verum etiam prohibitionem certorum ciborum inter doctrinas Dæmoniorum refert [c].

IV. Deniq; jejunio Christiano & legitimo suas laudes relinquimus, non vero, qualia illi merita Pontificij ascribunt, concedimus. Solus enim Christus satisfecit pro peccatis, & meritus est nobis vitam æternam. Cui soli sit laus honor & gloria in secula secula.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756812577/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756812577/phys_0019)

DFG

Iejunium à majoribus acceptum & dev
erum est jejunium & cultus Deo grati

R E F U T A T I O .

I. Calumnia est Pontificiorum, quando nostre dicunt. Esi enim commenitum discrimen & rum prohibitionem, in papatu usitatam reijciam quaquam tamen jejunia legitima in S S. Scriptis Christianis semper recepta improbamus, sed utramq; docemus cum scriptura; sedulò cavendum est tur crapulā & ebrietate^(a), verū abstinentiā men superstitione, præparentur ad munia pobeunda. Sed cum res ipsa & praxis Ecclesia nō bis multis hanc criminationem à nobis depellere

II. Quin potius in eos ipso, quod falso de nobis quod jejunare non tantum volentes, sed quod nunquam tamen jejunent; gulosa enim illorum nentia, dum interim lautiſſimos & pretiosissimi apponi curant, herbas ita condidunt ut nihil possedent, palati arridentibus ita se infarciant, ret, cœnare tamen non libeat. Num verò es aqualiculis jejunare?

III. Sed suum nihilominus jejunium à major potè observari gloriantur: quomodo itaq; cum jejunandi conveniat, dispiciendum.

IV. 1. Veteres jejunia indicentes, ab omni 2. non uni certo tempori vel anni versarijs diebus cung; tempore, quoties necessitas id postulare vix brabant^(b). 3. veteres non habuerunt certorum in genere quicquid carni gratum, inhibebant. 4. nia non ad peccatorum expiationem, sed ad humorem, & precum præparationem^(c), suscipiebantur. Pontificiorum jejunis, cum illis veteribus conve

ratum,

aliter id

hibere

in cibo-

rius, ne-

a, & à

tamus,

ravens-

sine ra-

a) Luc. 21.

v. 34.

ationis

r, ver-

imus.

mpetit;

ventes,

C absti-

um sibi

alijsq;

tsi lice-

istentis

m, de-

studine

a) 1. Sam. 7.

v. 7.

ant (a).

2. Sam. 3, 35.

ed quo-

Ioel. 2, 12.

ia cele-

Eſra. 8, 23.

um, sed

Nehem. 9, 1,

b) Ind. 20.

z. jeju-

26.

ficatio-

2. Sam. 1. II.

le vero

c. 12. 16.

Roma-

Eſth. 4. 3.

na con-

16.

c) Judith. 4.

8.




Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 0382